Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 699
Quelle:
Copyright:

cti aug. ep. Init: *Audiuimus beatum apostolum paulum dicentem* &c. Edit. *Maur.* T. *cit.* Sermo 174.

Alius eiusdem de eo quod dicit apostolus. humanum dico propter infirmitatem carnis uestrę. et cetera. Cap. XLIV. Inscriptio *fol.* 57. *Sermo sancti aug. ep.* Init: *Prestitit dominus deus noster cui gratias simul agimus ut uideremus uos et uideremur a uobis. Et si hoc est unde impletum est gaudio os nostrum, et lingua nostra exultatione. quia uidimus inuicem in carne mortali. quale erit gaudium nostrum. quando ibi nos uidebimus ubi nihil de nobis inuicem. timeamus.* Finit prolixus: *cymbalum tinniens quod destitit in templis ipsorum. remansit in ore ipsorum.*

Alius eiusdem de lectione apostoli ad philippenses. Nos sumus circumciso quia spiritu dei seruimus. et gloriamur in christo ihesu. et cetera. contra pelagianos. Cap. XLV. Inscriptio *fol.* 59. p. 2. *Sermo sancti aug. ep.* Init: *Ad apostolicam lectionem aures et animum* &c. Edit. *Maur.* T. V. Sermo 169.

Sermo eiusdem de lectione apostoli ubi ait. Supereminentem uiam uobis demonstro. contra donatistas. Cap. XLVI. Inscriptio *fol.* 64. *Sermo sancti aug. ep. De Caritate.* Init: *Bonum est loqui de caritate eis. qui diligunt eam. qua bene diligitur, quicquid diligitur. est enim secundum apostolum in caritate supereminentissima uia. Modo legebatur. audiuimus.* Narrat *Augustinus* condemnationem *Crispini*, causam *Majorini* et *Caeciliani* ad Proconsulem *Anullinum*, ad *Constantinum* Imp. ab hoc ad *Meltiadem* et *Marcum*, ad Judicium *Arelatense* translatam, et alia, quae ad illustranda et confirmanda ejus contra *Donatistas* alibi Scripta serviunt. Finit prolixus: *Hęc audite fratres cum timore, ne superbiatis. cum caritate, ut etiam pro illis oretis.* Notat *Possidius Indic. cit.* c. 9. Tractatus sive Sermones *de Caritate* duos.

Alius eiusdem de responsorio (Psalmi) *tricesimi octaui. Exaudi deus orationem meam et precem meam domine. et de muliere in adulterio deprehensa. Cap.* XLVII. Inscriptio *fol.* 68. *Sermo sancti aug. ep.* Init: *Christianorum est cotidie in deum proficere. et de deo uel de donis eius semper gaudere. Peregrinationis enim nostrę tempus breuissimum est. et patria nostra sine tempore est. Inter eternitatem enim et tempus multum distat.* Finit prolixus: *Vt boni filii ad patriam tendamus. ut cursus noster approbetur. et perducatur.*

Item alius de responsorio psalmi tricesimi secundi. Exultate iusti in domino. Cap. XLVIII. Inscriptio autem *fol.* 71. p. 2. *Sermo sancti aug. ep. De diuite et lazaro.* Init: *In dei laude gaudere, et laudi dei uiuendo congruere. ammonet nos quod modo cantauimus. Exultate iusti in domino. rectos decet laudatio. Si enim rectos decet. prauos non decet. Qui autem recti, ipsi etiam iusti sunt, quibus dicitur ut exultent in domino.* Finit prolixus: *Dimit-*